

AD AVDIENDAM  
PLAVTI FABVLAM  
**CAPTEIVEI**

A QVIBVSDAM PRIMI  
ORDINIS ALVMNIS

IN AVDITORIO MAIORI  
IOHANNEI

DIE XVIII OCTOBRIS  
HORA POST MERIDIEM QVINTA  
PVBLINE RECITANDAM

PATRES REIP. MAXIME SPECTABILES  
BONARVMQVE LITERARVM  
TVTORES ET FAVTORES

INVITAT

M. CONRADVS ARNOLDVS SCHMID  
IOHANNEI RECTOR.

---

L V N E B V R G I,  
LITERIS STERNIANIS.

---

CCXII 10 CC LVI.

internacionem usque profligatos et caesos omnes esse, passim sentiunt viri docti. Nos quidem eam spem minime nobis sumimus, ut nostra opera confidamus tueri posse literarum humaniorum terminos. Rariant hanc palam quibus pretiosioribus vti contigit antiquitatis monumentis, in Vaticana, aut Oxoniensi bibliotheca latentibus: tamen, in re ad emolumentum literarum pertinenti, operam qualemcunque nostram lubentes offerimus. Contulimus partem STATII in membrana scriptam, cum quinque editionibus impressis, quae quidem ad manum erant, Veneta, impressa per IO. PET. de QVARENGIS 1498, IO. BERNARTII, Antwerpiae ex offic. PLANTINIANA, IANI CASP. GEVARTII Lugd. Bat. 1616, EMERICI CRUCEI Parisiis 1618, CASP. BARTHII Cygneae 1664. Utque proceras inter arbores arbusta quaedam, aut in hortis, inter flores, cultoris industria educatos, sponte passim non ignobilis herba succrescit, ita in repetita, animaduersiorum BARTHII aliorumque doctorum virorum lectione, nobis quoque subnatae sunt quaedam animaduersiones, quas nunc eorum usui dicamus, qui spiritu sublimi STATII nostri delectantur.

## LIB. I.

v.555. *Agmina discedunt. Quales iam nocte propinquæ  
E pastu referuntur apes, vel in antra reuerti  
Melle nouo grauidas mitis videt Hybla cateruas.*

1 Consentit cod. noster cum scriptis editisque libris, non legendum esse *Vere nouo* quod, BARTHIO teste, IO. GEBHARDI placuit.

2 Annotauit tamen BERNARTIVS, in Langiano codice legi *Vere nouo.*

3. Cod.

STATII ACHILL. LIB. I.

19

- 3 Cod. noster : mitis *iubet* Hybla cateruas.  
Quod in nulla editione inueni adnotatum.
558. Nec mora, iam dextras Ithacia carbasus auræ  
Poscit, et in remis hilaris sedere iuuentus.
- 1 Scripsit librarius *Ithacia*, editio antiqua exhibet  
*Ithacia*.
- 2 Consentit cod. cum msta lectione BARTHII,  
quam recepit. Legunt enim alii : *in transfris.*
- 3 Cod. hilares sedere iuuentus.
- 4 Mauult BERNARTIVS : — *in transfris hilaris refi-*  
*dere iuuentus.*
564. Namque ut virgineo stetit agmine clarus ACHILLES,
- 1 Lectio cod. *Nam ubi*
- 2 Cod. noster. *Stetit in grege hanc lectionem*  
BARTHIVS omisit, cum margini iam adscripserit  
BERNARTIVS.
- 3 Alii durus ACHILLES. CRVCEI obseruatt. var. lect.
568. — *illam sequiturque premitque*  
*Improbis illam oculis iterumque iterumque resumit.*
- 1 Lectio cod. *hanc oculis iterum iterumque reuistit.*  
Omnes edit. *reuistit et illam.*
- 2 BARTHIVS legit : illum *oculus - resumit.*
570. Nunc nimis lateri non euitantis adhaeret.
- Noster : *inhaeret.* Solus BERNARTIVS margini ad-  
scripsit hanc lectionem. BARTHIVS omisit.
571. Nunc leibus fertis, lapsis nunc sponte canistris  
Cod. nunc lapsis.
578. — *puerique auditum nomen et actus*  
*Affidue stupet, et praesentem cantat ACHILLEM.*

C 2

Cod.

Cod. laudat ACHILLEM. Solus BERNARTIVS margini adscripsit. ex quo CRUCEVS obseru. var. lect.

582. — reficitque colos et perdita dura

Pensa manu, vocisque sonum, pondusque tenentis

Cod. notisque sonum, pondusque prementis. Non in BARTHIO nec reliquis haec lectio est. Addit glossa interlinearis: notis iuuat sonum.

584. Quodque fugit comites, nimio quod lumine se se

Figat, et in verbis intempestiis anhelet

Miratur.

I BARTHIVS scriptum fuisse, ait, in vna membrana fugat. Noster cod. fugit. Fortasse error est non recte legentis librarii characteres, quod saepius accidit in lectionibus variantibus. Nam g litera in nostro et aliis codicibus hoc fere ductu picta est: qz. Facile ergo fuqzit legi potuit fugat.

2 In nostro etiam scriptum est figit, anhelat, quae lectio non est in editis nostris.

588. Sic sub matre RHEA iuuenis regnator olympi

Oscula securae dabat insidiosa forori

Frater adhuc, medii donec reverentia cessit

Sanguinis, et veros germana expauit amores.

BERNARTIVS: et versos germanae expauit amores. Retinuit CRUCEIVS, addit tamen in annotatione BERNARTIVS, purius esse et germanius, quod in scriptis legitur: et veros germana ex pauit amores. Sic etiam cod. noster. Probat lectionem hanc BARTHIVS.

593. *Lucus*

593. *Lucus Agenorei sublimis ad orgia BACCHI*  
*Stabat., et admisum coelo nemus, huus in umbra*  
*Alternum renocare piae Trieterica matres*  
*Confuerant*

1 Contra fidem manuscriptorum legi: *admisum*  
*coelo nemus*, quod BARTHIYS adnotat, et codex  
 noster testatur.

2 Constanter in cod. nostro pro *Trieterica* legitur  
*Trieterica*. Exhibit etiam glossa interlinearis, et  
 glossator medii acui, nescio quis, ( certe non est  
 BRITANNICVS aut MATVRANTIVS, aut BARTHIL Vetus  
 scholiaстes ) qui multis annotationibus suis  
 iugulauit STATIVM suum, adscripsit margi-  
 ni codicis: *Trieterica* dicuntur festa BACCHI,  
*a tria et tero, teris. Quia ter in anno fiebant sua*  
*festa, et semel in tribus annis.*

609. *Vt vero a tereti, demisit Nebrida collo,*  
*Errantesque sinus hedera collegit, et alte*  
*Cinxit purpureis flauentia tempora vittis*

1 Cod. *Vt vero tereti* —

2 Nebris quid sit, docet MATVRANTIVS, BRITANNICVS  
 et prolixo BARTHIVS. Noster glossator ab eorum  
 sententia paullum recedit: *Nebrida*, ( Nebris )  
 inquit, *est pellis de vario colore, auro ornata,*  
*qua mulieres vtebantur, et erat apta collo domi-*  
*narum.*

3 Cod. *squalentia tempora*, quam lectionem editi  
 nostri non exhibent. Cum Homericō illo  
 ξαῦδες Ἀχιλλεύς flauentia tempora ACHILLIS  
 C 3 comparat

comparat BARTHIVS et eius elegantiam ostendit.  
CRVCEVS in obseruationibus var. lect. pat-  
lentia tempora.

## LIB. II.

348. — terrasque freto delatus Achaeas  
Cod. Achiuas.

354. *Vndique inexciti sibi quisque, et sponte eomus  
Utores, Quis enim genialia foedera rumpi  
Capta dolis, facilique trahi connubia raptu,  
Cen pecus, armentumue aut viles messis aceruos  
Perferat? haec et non fortis iactura moueret.*

I Cod. noster assensum praebet BARTHIO, qui cum  
GYLIELMO CANTERO et IAC. SHEKIO legendum  
monuit; *Vndique inexciti.* In alio bono codice  
esse dicit *in exsili.* BERNARTIVS autem *in exitio.*  
2 Est in nostro: *Fracta dolis.* De quo nihil BAR-  
THIVS, et reliqui.

3 In CRVCEI edit. legitur: *Quis enim inlicitis genia-  
lia rumpi Pacta dolis, cet.*

4 Reliqui omnes: haec *etiam fortis iactura moue-  
ret.* Vnus BARTHIVS, haec *et non fortis.* Cod.  
noster; haec *etiam viles iactura moueret.* Sine  
dubio recte.

360. *Quae sit EVROPEN, aspernatusque tonantem est  
Vt generum, raptam et Scytico de litore prolem.*

I Noster codex non dissentit a manuscriptis Lin-  
denbrogianis et aliis, quae inspexit BARTHIVS. Ex  
ingenio autem depromisit BARTHIVS coniectu-  
ram, scripsisse sine dubio PAPINIANVM *Vi ge-  
nerum.*

2 Fortasse

2 Fortasse non tota est haec coniectura ingenii eius, legitur enim iam in Plantiniana BERNARTII editione *Vignereum*. CRVCEVS illam lectionem tamquam errorem typothetae correxit, scribitque in obseruationibus suis lect. variarum, consentire omnium mss. lectionem cum recepta. Sed absque corruptae vocis auxilio, perfacilis hic erat coniectura. Nam vnius lineolae momento i litera transit in literam t. Cuius tamen erroris in antiquioribus membranis periculum nullum est, in quibus rō i sinc puncto scribitur.

367. *Quid, si nunc aliquis patriis rapturus ab oris DEIDAMEIAN eat, viduaque a sede reuellat?*

- 1 Cod. noster, cum aliis, patriaque a sede.  
2 Mendoza etiam reuellet.

373. — elementaque primae  
*Indolis, et valida mox accidente iuuenta*  
Cod. et prima mox. a. i. quod in nostris editis non est.

378. *Sit pretium, longas penitus quaesisse per undas Scyron, et his armis primum intendisse lacertos Quem pigeat sua facta loqui? tamen ille modeste* —

- 1 *Quaesisse* cum omnibus editis habet noster. alii codices *transisse*, teste CRVCEO.  
2 Annotat BARTHIVS, maluisse GRONOVIVM: hos armis primum intendisse lacertos, dicit praeterea, quosdam legere primum vestisse lacertos; noster cod.

cod. *bis primis armis tendisse lacertos*, quod non  
est in editis.

3 Cod. tunc ille modeste.

381. *Dicor et in teneris et adhuc crescentibus annis,*  
*Thessalus ut rigido senior me monte recepit,*  
*Non villas ex more dapes habuisse, nec almis*  
*Vberibus satiasse famem, sed spissa leonum*  
*Viscera semianimesque libens traxisse medullas.*

1 Cod. *crescentibus annis*, alii *reptantibus*.

2 Adfirmat BARTHIVS, ALDVM et alios edidisse lectio-  
 nem, *non villas ex more dapes*, quia magis visum  
 sit concinnum altera lectione manuscriptorum,  
*non ullos ex more cibos*, cet. Sed in manuscriptis  
 etiam legi verba editionis ALDI, in nostro videre  
 est. Alii: Nonnullas *ex in dapes*. CRVCEVS.

3 Codex noster cum recepta lectione exhibet:  
*libens traxisse medullas*. Alii legunt *lupae t. m.*  
 Margini adscripsit editor BARTHII, CHRISTIANVS  
 DAVMIUS, (nam post fata viri lucem adspexit  
 STATIVS eius.) BARTHIVM legere cum aliis *lupae*  
 pro *libens*; BARTHII ipsius verba sunt: In aliis  
 libris est *libens*; illud *lupae* adsumserunt ma-  
 nuscripti.

389. — — *visisque docebat*  
*Arridere feris*

1 Haec eadem est lectio codicis nostri. Editio  
 antiqua Veneta: *visisque decebat*. Quod spurium  
 esse BERNARTIVS dicit, sed et docere non germanum  
 esse addit.

2 Alii

2 Alii irridere feras, alii irritare. CRVCEVS.

392. Iam tunc hasta manu, iam tunc ceruice pharetræ.

CRVCEVS recipit pharetra. Alii etiam scribunt  
*Arma manu.* Cod. noster nihil mutat.

394. — tenero nec flexa cubili

*Membra.*

Sic cod. alii *fluxa*, quod etiam BARTHIUS defendit,  
glossator noster: quia non dormiui in *cuffinis*,  
sed in lapidibus.

397. — — volucres cum iam praeuertere cernos

*Et Lapithas cogebat equo. —*

1 Elegantius cod. noster: *cogebar*, quae lectio non  
est in editis nostris.

2 Contra codicum autoritatem BARTHIUS legi vult  
*Lapithas - equos*, quod prolix defensit.

401 — exhaustumque vago per gramina passu

*Laudabat.*

Cod. *exhaustoque.*

403. Saepe etiam primo flunii torpore iubebat

*Ire super, glaciemque leui non frangere planta*

1 Vt antea pro *cogebat, cogebar*; sic etiam hic pro  
*iubebat, iubebar*, cod.

2 Cod. *fringere.*

408. — aut timidas passus me cuspide damas

*Sternere*

Cod. aut timidas passus me sternere damas

*Cuspipe — pro damas scr. dammas.*

411. Aut subducta ingis ferae spelunca leenac

D

I Sic

1 Sic etiam cod. BARTHIVS in marg. *seducta*  
*CRYCEIYS* in var. lect. *deducta*.

2 Legunt alii foetae spelunca leenae.

412. *Ipse sedens vasto facta expectabat ab antro,*

*Si sparsus magno remeassem sanguine, nec me  
 Ante, nisi inspectis admisit ad oscula telis.*

1 Solus cod. in antro.

2 Cod. remearem cum aliis.

3 BARTHIVS: Alii edunt *infectis*, nihil mutamus, nec  
 faciunt libri. — neque etiam noster codex.

Atque haec praeccipuae sunt membranae nostrae  
 lectiones. Ab antiqua editione Veneta frustra aliquid  
 memoria dignum expectaui; largam ex ea lectoribus  
 offerre messem vitiorum chalcographi poteram, sed me-  
 rito dubitaui paleas istas tollere, molestus omnibus fu-  
 turus, tali liberalitate.

Animus erat, hisce Φιλολογημένοις addere plura, sed ea  
 differenda mihi, et reseruanda esse tempori suo, mo-  
 nent prolusionis limites, quas transisse, nunc pene sero  
 sentio. Primam scribendi occasionem praebuere praec-  
 lectiones intercalares dierum canicularium, quas Captiuis  
 PLAVTI dicaram, quoniam praeter fabulae elegantiam,  
 arridebat scopus comici ad quem direxit opus, mores po-  
 puli Romani ridendo formare, quo fierent boni meliores.  
 Argumentum praeterea summis a re bellica, quod gratum  
 fore auditoribus vel eo iudicabam, quia omnium in ore  
 iam sunt bella Germaniae. Destinaram quippe absolu-  
 ta fabulae praelectione, enarrare e graecis latinisque hi-  
 storicis historiam belli inter Aetolos Eliensesque gesti,